

**Q**uibus rebus exculta hominū uita tantū  
destituit quietu & cultu bestiarū? Vrbes uō  
sine homīum cetu nō potuissent nec edificari  
nec frequentari. Ex quo leges moresq; cō-  
stituti tū iuris eq̄ descriptio certaq; uiuendi  
disciplina: per quas bñ beateq; uiuitur: q̄s  
res & mansuetudo aīoy consecuta & utre-  
cundia est. Effectūq; est ut esset uita mun-  
tior: atq; ut dando et accipiendo permutā-  
disq; facultatibus et cōmodis nullare ege-  
remus.

**Q**uis est enim cui nō perspicua sint illa: que  
pluribus uerbis a Panetio cōmemorantur.  
nemine neq; duce bello nec p̄ncipē domi  
magnas res & salutares sine hominū studiis  
gerere potuisse?

**C**ōmemoratur ab eo Themistocles. Pericles:  
Cyrus. Argesillaus. Alexander: quos negat  
sine adiumentis hominū tantas res efficer  
potuisse. Vtitur in re nō dubia testibus nō  
necessariis.

**A**tq; ut magnas utilitates adipiscimur con-  
spiratione homīum atq; consensu: sic nullatā  
detestabilis pestis est que nō homini ab hoīe